



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria II. post Domin. IV. Quadragesimæ. 23. Christus in templo vendentes
& ementes personaliter flagellat, quia forum sæculare in cuasas
Ecclesiasticorum se ingerere haud quæquam debet. Unde iis qui ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

27. Eum vero, & Auditores, non dabo, quin
robore me de panibus & piscibus discurrerem,
aliquo movemini manducandi vel prandendi
apperta: atque idem displicet mihi quod
tribus hodie panes & pisces omnes consumple-
runt. Dicitis fortasse superesse adhuc reliquas
duodecim portas: verum, quidem id est, verum

superfuit quoque esurientes, & nondum refe-
cti duodecim Apostoli: *Duodecim copinos se-
cundum numerum duodecim Apostolorum;* ac
proinde pro vobis nihil amplius reliquum inve-
nio, unde si comedere desideratis, in domos ve-
stras abite.

SERMO XXIII.

IN FERIAM SECUNDAM
DOMINICÆ QVARTÆ
QUADRAGESIMÆ.

Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.
Joan, cap. 2.

Dissolutiones & delicta populorum,
quæ tam contra humanas, quam
contra divinas leges in urbe Hie-
rosolymitana committebantur, in nu-
mero de in quocunque demum genere execra-
bantur. Major etenim hominum pars in sen-
tentia vero prædore putrefacta hætebat; & li-
bero Filio eos qui hoc factore contum inati e-
rant, copiam non esset, nullo tamen in eos animad-
versus genere vindictæ. Nonnulli in plateis
viciis hæcque fraudibus miscentes stabant, ui-
dentes fortuito ludendo jacturam patiebantur,
etiam comminabantur, horrendisque blasphemias
Deum coelitesque impetebant, nec tamen
Christus unquam de eis aliquam visus est sume-
re iram. Corda eorum per suscitatas lites in
viciis accendebantur atque vindictas, meris vive-
bant. In quibus impliciti, machinabantur tra-
ditiones, contumeliasque dediti erant hostilitatibus
& insidiis, nec aliunde quam per adversarii sui
linguam compellere aut extinguere poterant
concepti odii & adores, vel indignationis flam-
mas; & tamen Christus id ipsum se animadver-
tere distulit, & punire interemit. Alii inter
medios sociis horrores, utpote qui committen-
dum atrociorum egregii sunt fautores, & com-
plices, rapaces manus suas in mercium intulerunt
tabernis vel officinis, aliisque auri lapidumque
pretiosorum reconditoriis; & Christus Dominus
nihilominus iram suam, sine no quasi coecens, pu-
nire distulit delinquentes: ipsimet denique An-
geli ex tot enormitatum nausea stomachati, col-
dem desereere sunt coacti, hisce in aere vocibus
manifestè resonantibus: *Transiit ex his sedi-
bus.* Et tamen filium Dei nusquam ad flagella
apprehendenda motum fuisse lego. Porro Hie-
rosolymam veram quandam fuisse vitiorum sen-
tinam, Isaias propheta testatur, dum eidem
comminando suas evidentè ob oculos statuit
dissolutiones, dicens: *Va genti peccatrici, popu-
lo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis:
dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt
sanctum Israel ab alienatis sunt terrorum.* Isa.
cap. 1. Moxque idem sanctus Propheta subjun-
git: *A planta pedis (per hanc plebem intelligens)
usque ad verticem, id est, usque ad primates &
nobiles, non est in eo sanitas, vulnus & livor &
plaga tumens;* Circa quæ verba Illustrissimus
Episcopus Monopolitanus dicit, quod ea *varias
indicabant animarum aegritudines, quibus & no-
biles & plebei, Ecclesiastici & saculares, divites
& pauperes afficiebantur.* Et tamen Redemptor
T nocte

plices, rapaces manus suas in mercium intulerunt
tabernis vel officinis, aliisque auri lapidumque
pretiosorum reconditoriis; & Christus Dominus
nihilominus iram suam, sine no quasi coecens, pu-
nire distulit delinquentes: ipsimet denique An-
geli ex tot enormitatum nausea stomachati, col-
dem desereere sunt coacti, hisce in aere vocibus
manifestè resonantibus: *Transiit ex his sedi-
bus.* Et tamen filium Dei nusquam ad flagella
apprehendenda motum fuisse lego. Porro Hie-
rosolymam veram quandam fuisse vitiorum sen-
tinam, Isaias propheta testatur, dum eidem
comminando suas evidentè ob oculos statuit
dissolutiones, dicens: *Va genti peccatrici, popu-
lo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis:
dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt
sanctum Israel ab alienatis sunt terrorum.* Isa.
cap. 1. Moxque idem sanctus Propheta subjun-
git: *A planta pedis (per hanc plebem intelligens)
usque ad verticem, id est, usque ad primates &
nobiles, non est in eo sanitas, vulnus & livor &
plaga tumens;* Circa quæ verba Illustrissimus
Episcopus Monopolitanus dicit, quod ea *varias
indicabant animarum aegritudines, quibus & no-
biles & plebei, Ecclesiastici & saculares, divites
& pauperes afficiebantur.* Et tamen Redemptor
T nocte

*Iosephus
Hebr.*

*Hieron. ib.
Io. Episc.
Monopol.
ser. 2.
Dom. 4.*

IN FERIAM II. POST DOMIN. IV. QUADRAGES.

329

noster nullum inde sentire fastidium videtur, utpote qui transgressores nequaquam castigat. Et quidem difficultas hæc magis augefcit, si confideremus quod Deus ante incarnationem, licet vocatus fuerit *Deus ultionum*, Psalm. 91. nunquam tamen per iracundiam suam eoufque per motus fuerit, ut propriis in manibus in transgressores per poenas inflictas animadverteret, sed omnem potius vindictam creaturarum manibus & potestati commiffam esse voluit, prouti sanctus Ambrosius observat, dum ait: *Vbi gratia largiãa est, Christus adest: ubi exercenda severitas, solum adsunt ministri.* Porro ab ardoribus concupiscentiæ procreatus fumus ad obscurandũ solem. stellaque obaubilanda ipsamque incorruptibilem sphaerarum temperaturam penetrandam, caelos petebat, jamque ad usque contaminandum Empyreum temerario ausu pertigerat: *Ascendit malitia cæles;* Genes. 6. Ad eum igitur compescendum Deus aquas adhibuit, earumque diluvio per quadraginta dies continuos perdurante mundus inundavit: *Cataracta cæli aperta sunt.* Genes. 7. Populus quoque Pentapoltanus velut morticinium quoddã, spurcicibus summe detestabilibus infordescibat, adeo ut ipsi quoque bestis horrore esset & abominationi. Cælum itaque sordium illarum ferendam impatiens, ad eas e medio tollendas sulphureas in severæ justitiæ fornacibus flammâs accendit, quæ ita exigentibus delictis populi illius contra naturam de cælo descendentes nefandam gentem illam funditus extirparunt, adeo ut brevi tempore inferno similis visus fuerit locus ille, in quo antea confitus esse videbatur paradysus: *Plus Dominus ignem & sulphur de caelo.* Genes. 19. hoc autem, juxta Abuleensem factum est Angelorum ministerio. Pari quoque ratione quando Dathan & Abiron munitibus ad sublimiorem dignitatem pertinentibus se temerè ingesserunt, voluit Deus ad temeritatem illorum condigne puniendam, terram veluti instrumentum adhiberi. Similiter quando David nob graves ab eo commissas culpas debitis poenis castigandus erat, per manum Angeli cujusdam eas executioni mandavit: *Hæc omnia Deus hæc modis operabatur, ut per creaturas animadverteret in delinquentes.* I. Reg. vigesimo quarto. Et tamen hoc manet pietate, quæ Deo propria est, omnino deposita, essentialisque benignitatis suæ penitus oblitus, non vult ut ad puniendos templi prophanatores, Angeli, vel discipuli, aut quævis aliæ creature se ingerant, sed ipsæ in persona propria,

fuisset manibus, arreptis e terra funibus collatis graviter percussit, & flagellat: *Manu propria flagello de se factis, fecit flagellum de funiculis.* Verum enim verò nunc utriusque supra innotuit difficultatis resolutiones aliculare, hæc etiam præcipuum erunt præfens discutis mei scripturam. Quapropter omni manifestudine deserta, flagellum manu sua iratus apprehendit qui in loco sacro, sive in domo Dei consultari conatur. *Intrauit Iesus in templum Dei, illudque publicum forum quoddam commutabat.* Tristitiam autem festu illam speluncam latrantem. Secundo munus hoc castigandi delinquentes aliceteri committit, quia hi prævaricantes perbonæ religiosæ erant; nimirum Scribæ, Pharisæi, & Sacerdotes, prouti multi sacri scripturæ volunt. Ut hac ratione omnibus manifestum fiat, quod forum saculare circa personas ecclesiasticas nequaquam se ingerere debeat. Quæ duo puncta in prima hujus discursus mei parte populi explicare constitui. In secunda parte quas circumstantias ad præfens Evangelii intelligentiam spectantes considerabimus, dum mood in silentio & devota attentione me aliculare dignabimini.

2. *Auferite ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis.* Doctissimus Abuleensis hoc loco insignem quandam difficultatem movet, nimirum, an tam emptores, quam venditores æqualiter peccaverint, an vero emptores aliqua ratione ab omni culpa exculpabiliter dici possint? Et quidem haud immerito videri posset emptores nequaquam culpabiles existimandos esse, ad eum scilicet modum quo reprehendi merentur venditores; cujus hæc est reserata ratio: *Quia vendentes mendicant bonum sibi, id est, accipere pecuniam; emptores autem intendebant emere propter bonum finem, scilicet ob gloriam Dei & cultum a vinum, siquidem animalia quæ ab his emebantur, a sacrificiis immolanda erant.* Viderur igitur emptores ab omni poenæ reatu maore debuisse immunes, & consequenter nequaquam meritos esse qui e templo turpiter ejicerentur, vel certe si ipsi quoque emptores culpabiles esse contendantur, saltem majori videntur compassione digni, quam venditores, & consequenter minoris poenæ rei. Etenim antecessus locutus: *Non potest quis emere nisi ubi alius vendit, qui autem vendit, potest vendere ubi vult.* Unde manifestum est, quod emptor cum locum ad-

Ambr. l. i.
de Abraham c. 2.

Abulib.

Io. Episo.
Monop.
sibi sup.

re cogitur, qui venditori ad explicandum merces suas commodior esse videtur, & consequenter redolentes faciebant malum spondere, Empiores vero tantum per concomitantia. Præterea venditores emptioribus emendi præbebant occasio- nem: Cuiusmodi venditore, cessat emptor, unde emptores saltem non videntur æque cul- pabiles ac venditores: Et tamen factum ex fa- vorabili flagellum utriusque æqualiter immitte- rit. *Can. Si sit quasi flagellum de funiculo ejeti o- mni omnes. Et vendentes de templo.* Enim- vero quisquam adeo temerarius erit, ut divinam iustitiam reprehendere audeat? ideoque pru- denter utique filius Dei fecit, omnibus ejul- dem qualitatis supplicium irrogando: cujus tanta communitas hæc est ratio: quia uterque participat in facto damnato, est enim negotiatio facta in domo Dei: Cui addi potest quod uter- que delictum tam emptor quam venditor in errore committit: Communitate enim intercedit dolus. *Et vendentes, siquidem unus illorum merces suas plus carnis & majori pretio quam par est vende- rit, verò iusto viliori pretio emere contem- nitur.* Unde Ecclesiasticus dicit: *Inter ementem et vendentem non debet mendacium.* *Eccles. 27.* *Uterque autem Abulensis circa hanc questionem cavillatorem audire, qui totam peccati ex par- tibusque causam, in exiguum, quem uterque habuit deferebat, respectum refundit: Hæc non in omni loco illicita sunt, sed in domo Dei de- siderabilia, et tamen hæc ita procedunt, ut ex parte vendentis, et vendentis, ideo uterque de- merito poenæ debet. Quam etiam poenæ instrictæ rationem Christus assignat, dicens: Quia faciebant autem patri mei domum negotiationis. Vetur- nus vero quod si Christus hæc nostris tempo- ribus voluit ingereret Ecclesiis, quid factu- rus esset: utique habiturus esset abunde quod castigaret, imò ad defatigationem omnimodam atque multos in iisdem prophanatores flagella- tus esset, nec forte tot invenire funiculos & tel- las posset, qui ad flagella faciendâ sufficerent, quibus in eos animadvertendum esset, qui ma- iorem irreverentiam in Ecclesiis, quam alii in pla- tibus commemorantur.*

1. Mirum quid apud Aulum Gellium de So- crate magno illo Philosopho legitur, nimirum quod dum studiis suis vacaret contemplando, tanta cum vehementia animum suum iisdem ap- plicare solitus fuerit, ut integris diebus atque no- ctibus velut mente in eccliam raptus immobilis

steterit, adeò ut nullum in eo deprehendi potue- rit pulsus, aut respirationis vestigium, nec ullus palpebrarum morus, neque hæc speculationibus deditus quiescente corpore jacebat, aut sedebat, sed erecto corpore stare solebat. Quis nostrum idipsum in ecclesia orationis tempore faciet: cer- tus sum quod si confessorius hanc alieni pro pec- catis suis imponeret poenitentiam, ut scilicet per integram horam in ecclesia immobiliter vel ges- natus, vel in pedes erectus peristeret, eandem non sine impatientia peracturus esset. Et ta- men Socrates vir gentilis non christianus, in stu- dio suo, non in oratione; in domo sua, non verò in ecclesia: inter muros aut parietes, non verò in conspectu & præsentia Dei; speculando non orando, animo erat adeò composito, recollecto, & intento. *Stare solitus Socrates dicitur parina- ci studio paratus, atque pernox, à summo lucis or- tu, ad solem alterum orientem, inconcussus, im- mobilis, iisdem in vestigiis, et ore atque oculis e- undem in locum directu cogitationibus, tanquam quodam secusso mentis atque animi facto à corpo- re.* Duo quoque Romani Imperatores Diocle- tianus, & Maximilianus sacrilegi erant Christi totius christiani nominis persecutores & hostes, quorum tyrannidem quam in Martyres Christi faciendo exercebant, terra per scriptos in eam effusi Martyrum sanguinis characteres veraciter attestari valet: Et tamen Claudius Mamertinus (*Genes. 3. ad Mam. August.*) de iisdem scribit, eos in venerandis Deorum suorum templis assi- duos fuisse & diligentissimos locupletando illa donariis suis atque imaginibus, eademque mag- nificis, sumptuosisque fabricis adornando: *Primus omnium quanta vestra est erga Deos pietas: quos ari, simulachris, templis, donariis, vestris deniq; nominibus adscripsit, adjunctis imaginibus orna- tis, antiorisque fecisset exemplo vestra venera- tionis.* Similiter de quodam Alexandri Magni phebo legitur, quod dum hic Macedonum Mo- narcha sacrificandi actui adfisset, si facè accen- sam, vel ut alii volunt, thuribulum igne plena manu sua tenens, cadentem super manum suam lybeam ardentem, aut accensum carbonem in- credibili cum patientia, ne quicquid se aut brachi- um movendo, sustinuerit, licet caro ejus inde in- tolerabili cum dolore adureretur, idque non ex alio motivo, nisi vel quia altari, in quo sacrifi- cium immolabatur, vicinus erat, vel ob Alexan- dri Domini sui venerandam præsentiam; Non est lamentatus, nec se movit, aut vultum suum in diversa mutavit, nec aliam actionem

indecoram commisit ob solius loci in quo erat, personæ coram qua stabat, & quam exercebat actionis respectum. Dicit; amabo vos, habere ne christianus hocce respectus & considerationes, dum est in Ecclesia; in conspectu & præsentia ipsiusmet summi Dei; ubi sanctissimum celebratur Missæ sacrificium; certus sum quod Alexandri Ephesus non tam indignè accensum carbonem manum suam adurentem sustinuerit, quam christianus moleste fert Sacerdotis missam celebrantis moram & tarditatem, quem gigantæ passibus ad divini officii finem properare exoptaret. Utpote qui majori cum repugnantia animi commoratur in Ecclesia, quam in ardenti flamma. De Alarico etiam Gothorum Rege refertur, quod dum post diurnam obsidionem Romam tandem invasisset, severissimè militibus suis vetuit, ne alicui nocerent eorum, qui vitæ & salutis suæ consulere volebant in loca sacra confugissent, utpote quos in iisdem omnibus libertate persequi decreverat. *Alaricus Gothorum Rex Romam obsidet, turbat, irrumpt; datus tamen præcepto prius, ut si quis in sancta loca, præcipue in sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Basilicas confugissent, hos inprimis in violatos securos, quo esse sineret.* Et tamen Rex ille vir barbatus erat. Quid igitur de præsentis temporis christianissimo dicemus, in quo multa repetiuntur civitates catholice, quarum Ecclesiis tam exiguus deferretur respectus, ut si in illas reus aliquis cõtumax confugisset, is non majorem in iis habiturus esset securitatem, quam si in publico foro confisteret, imò majori reverentia prophanam aliquam domum afferrent, vel eo tantum respectu, quod domus esse noscatur famosi viri nobilis, quam implammet Dei Ecclesiam.

4. Porro qualis locis sacris debeat reverentia, tum ex sacra Scriptura, tum ex repetitis sapius Dei præceptis clarè satis deducitur. Quorum uno prohibebatur ne viri & mulieres una eademque via ad templum procederent. Ita enim affirmat sanctus Bernardus, Haymon, Beda, Bonaventura, Lyranus, Cajetanus, Hugo Carrusianus, & alii: *Tunc vigebat consuetudo, ut viri per unum iter, mulieres per aliud incederent.* Id quod à Josepho Hebræo pariter confirmatur, qui addit, quod in d; verso templi atrio mulieres subisterint, ab eo in quo viri debebant, Id quod ea de causa potissimum observatum fuisse existimo, ne scilicet ob utriusque sexus nimiam viciniam sinistra aliqua cogitatio subreperet, quæ mentem contaminando, debita erga locum sa-

crum reverentiæ præjudicium aliquod inferret.

5. Perfidos Absalon, qui in parte suo nihil præterquam diadema regium diligebat, nihil adeo desiderabat, quam ut patris sui, regno per am extuendi, funerals pio officio agere & conciliare posset; porro ut populi sibi appulsum conciliaret, fictis benevolentie pigmentis impu consilia sua deaurate contendebat suumque benevolam favorem omnibus ea, quæ Principem decebat, liberalitate offerebat dicens: *Quis me constituat iudicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, & iustitiam in me.* Tandem sub religiose pietatis prætextu patrem desertere statuit, ac proinde pro faciliore pessimum consiliorum suorum executione, & ut quod iure non poterat, armorum saltem violentia obtineret, & occupare posset, validum quemdam exercitum & instructum exercitum. Porro David patris ejus postquam repentiñas & ambitiosas perfidias filii sui reclusiones petcepisset, ne fortaller improviso interiretetur, Hierosolyma locum cum suis subduxit, & cum ingenti generosorum fideliumque militum copia ad retundendos impios Absalonis conatus & ausus in apertum campum se recepit & stetit; ad custodiam vero regii palatii sui, ut faceret Tertius inquit, non nisi decem foeminas concubinas, post se reliquit. *Ergo Rex est ergo Rex, & dereliquit decem mulieres concubinas ad custodiendam domum.* Res profecto mirabilis hæc est. Tamest enim in palatio suo centum & quinquaginta reliquisset amulieres, hæc tamen omnes Absaloni militum ingenti turba stipato appropinquanti nequaquam voluissent resistere, neque enim credibile est mulieres hæc sub cereo & fragili pectore aneo quodam modo ferreo corde fuisse præditas: Unde merito nonnemini videti posset, Davidem Regem notabilem valde errorem commississe. Neque enim palatium istud à semetipso adeo forte, validum, fortique præsidio communitum erat, ut fuisset viribus consistere posset se validis adeo inimicis furoris insultibus posse resistere; ex altera vero parte Absalon nihil adeo impense cupiebat, quod ut Regiam patris sui sub suum posset Dominum redigere; Et ipso enim quo hæc occupabat, suaque vexilla in illius regie turribus explicabat, David inde exulare cogebatur; videte igitur quanto quamq; manifesto periculo regia habitacionem suam exposuerit. Verumtamen vero a hoc ante tempus iudicare, quin potius regia Davidis consilia & cogitationes penetrare contemderet. Hæc etenim hunc in modum secus discurre

Alf. Lip. pom. in bist. SS. lib. 1.

Joseph. 1.6. de bell. Jud. c. 6.

polle videtur: Perfluere mihi nequaquam
 proferat, quod filius meus adversus regiam patris
 huius domum convertitur sit arma. Quomodo e-
 nim bellum, ut mortem introducere praesumeret
 in domum illam, in qua vitam primitus accepit,
 & in qua perpetua tuitus est pace? ergone su-
 stinet, quod in illa mensa in qua ei iuxta latus
 patris sedent ab Archidiculis ministrabatur
 & apocientis, digito demonstraretur tanquam
 infamem quoddam mancipium ingratitudeis?
 impossibile esse videtur quod filius meus adeo
 impudens sit temerarius, ut in illam aulam regiam
 pedem suum inferat, aut superba cum Majestate
 in illa throno sedem suam statuat, coram quo
 ad impetrandum offensio suis veniam sepius ad-
 pedes meos prostratus jacuit. Ergone sanguine
 commaculabit muros & parietes illos, intra quos
 habet cibum & educatus fuit? in ferreum ferrum
 loco illi, in quo cunas suas habuit? aut discordia
 molitiones eo introducet, ubi haecenus in hanc
 domum diem tranquillitas pacis conservata fuit?
 Ita omnino nequit, ut ejusmodi cogitationes
 in mente excendant, potius aliud quodvis scelus
 aut iniquo filio parandum esse mihi imagina-
 tum, quam quod adeo indignum facinus com-
 mitteret in domo paternam, ac proinde cer-
 tum certarum persuadere, quod temerarius e-
 ripere ad limen usque porta regiae ipsum per-
 ferat, acrius autem procedere minime praesu-
 me de proinde custodia domus regiae abunde
 protectam erit, si etiam a solis miculis man-
 uibus custodiatur: imò tametsi vacua pro-
 pter omni inhabitatore, nihil est sinistra
 quod temere possim, ac proinde animo sum
 quod & profus tranquillo. Quod si igitur Ab-
 salon, qui in patrem suum insurgens bellum illi
 movit, de diademate regium ab ejus vertice eripere
 audeat, respectum nihilominus debitum do-
 mo patris sui detulit. Quo vituperio & suppli-
 cio castigatus ille dignus erit, qui Absalone per-
 ritor & impientior in magno Regis gloria au-
 gustissima ante regiam, in qua eum ad celestem
 thronum evehit & relict, scelera, aliasque actiones
 locum illum minime decentes & indecoras com-
 mittit. Ille etenim augustus locus a nobis exigit,
 ut in eo sumus mente composita, sanctasque co-
 gnationes versante, poplite & genu flexo, ma-
 nibus simul ante pectus junctis, vultu venera-
 bundo demissis oculis, & corde humilitato, est
 coram domus Dei, in qua in conspectu ejus suscipit
 Deum Deo agimus, in qua quot confessio-
 nis videmus, totidem thronos certimus, in

quibus Deus suam erga nos exhibet misericordi-
 am, dum nobis in usum per sacerdotes ministratos
 suos generale impetitur peccatorum omnium
 commissorum absolutionem. Unde sanctus
 Bernardus Senensis Ecclesiam parvum quen-
 dam paradisum appellat: *Ecclesia est parvulus*
paradus, velius per hoc nobis persuadere,
 quod sicut Angeli in Paradiso summa cum reve-
 rentia in conspectu Dei degunt, ita nos quoque
 in Ecclesia summa cum devotione & reverentia
 agere debeamus.

*Bern. l. 1.
 ser. 3. post
 Dom. 2.
 Quads. 17.
 20. c. 7. f.
 131. col. 2.
 iii. E.*

Ardentissimus ille divini honoris zelotes Elias
 sustinere haud quaquam poterat honorem
 DEO vivo & vero debitum, idolo Baal
 deferti, ideoque Achab Regem & universum
 populum asperum reprehendit, dicens: *Vf-*
que quo claudicatis in duas partes? si Dominus
est Deus, sequimini eum, si autem Baal se-
quimini eum. Ad hoc verò ut per experientiam
 manifestum fieret, Baal falsum, Deum au-
 tem Israel vivum verumque Deum esse, hinc
 cum Baalitis conditionibus pactus est, ut scilicet
 omnes quotquot Baal adorabant, altare quod-
 dam erigerent, erectoque bovem victimam lo-
 co imponerent, tum verò si in victimam il-
 lam ignis de caelo descenderet, eamque consu-
 meret, Baal tanquam vero Deo acclama-
 dum, eumque cultu Latrunculo adorandum
 esse; quod si verò ignis caelestis victimam Baa-
 litarum pertansiens victimam ab Israelitis ob-
 latam corripere penitusque consumeret, re-
 cto Baal solum Deum Israelis à cunctis adorari
 & coli debere. Acceptatis itaque pacti hujus
 conditionibus Baalitis primi fuere qui veritatis
 DEI sui facere voluere experientiam, & licet
 bis terve hunc adorationis ritum adhibitis lan-
 telis & cultis, quibus corpus & faciem suam
 cruentabant, repetivissent, in vanum nihilomi-
 nus laborabant, quia non erat qui exaudiret eos.
 Quapropter Elias sese ad Deum suum adoran-
 dum accinxit, Dominum instantissimè rogans ut
 preces suas vanas & irritas esse & manere nequa-
 quam permitteret: *Domine Deus Abraham, &*
Isac, & Israel ostende hodie quia tu es Deus Israel.
 Et ecce aër ex improvise rutilare cepit, & mox
 turbo quidam igne gravidus apparuit, qui quas
 parturibat flammis in victimam demisit, eique
 tenaciter adhaesit, donec in favillam eam redegit
 ser & cinerem. *Cecidit ignis Domini & vocavit*
holocaustum, & ligna, & lapides. Addit verò sa-
 cer textus. Ignem hunc aquam quae in aqua du-
 du circū altare erat, flamma haud secus ac lingua

3. Reg. 18.

leviter lambendo attingisse : *Aquam qua erat in aqua ductu lambens* ; sed dicit hic aliquis car ignis ille qui per summam ardoris vehementiam, ligna, lapideque patitur cum victima avidè devorabat , aquam etiam pari eum aviditate non absorpsit, aut consumpsit, sed leviter veluti lambendo attingit? Respondeo igitur, duo hæc elementa, utpote qualitatibus contrariis imbuta ad mutuum sui consumptionem utri non posse, nisi inter sese pugnando tumorem multum & strepitum simul excitent, atque idèd cum altari in quo offerebatur sacrificium, proxima essent, ad cavendum strepitum omnem atque tumultum totis inter se viribus dimicare noluerunt, sed leviter tantum veluti lambendo attingerunt se mutuo. Duo igitur hæc elementa creaturæ inanimatæ erant & insensibiles, & tamen loco facto altari viderentur aliquem videntur detulisse respectum. Ita Theodorèus : *No injuria afficeretur altare Dei.* Addit quidam Moderus quod cum aqua & ignis natura sua discordes inter se essent inimici, ex quo tamen coram altari consistebant, igitur ad aquam osculandam eamque sibi reconciliandam petamenter sese inclinasse : *Aquam, qua erat in aqua ductu ignis lambens, veluti pacis signo osculans.*

Pars in cant. Moys. text. 7. adnoa. 3.

7. Abraham Patriarcha tres viatores ab itinere venientes a longè prospiciens obviam eis procedit, eosque ut donec ardor solis nonnihil remitteret, in domum suam diverterent, petamenter invitavit, qui hæc Abrahæ benevolentiam gratam habentes iter suum sistunt, ut quieti & membrorum refocillationi aliquantulum indulgeant. Interea verò quorū quorū in domo Patriarchæ domestici erant, charitatis officii tribus hiisce viatoribus qui Angeli, seu potius, ut nonnulli volunt, tres personæ divinæ erant) exhibendis se totos impendunt cibos parando, aliæque necessaria exactissime curando. Dum verò omnibus ritè præparatis mensæ accumberent, ut egregiæ charitati qua sanctus Patriarcha eos susceperat, grato animo responderent, se, ut ex uxore ejus filius ei nasceretur, curaturos esse promiserunt. *Habebit Sara uxor tuâ filium*, Sara autem, quæ post ostium tabernaculi recondita latebat, continere se non potuit, quin super hac ei facta promissione rideret, eo quod tam ipsa quam maritus ejus incantissset, jamque ad generandum inhabiles essent. *Risit occultè dicens: Postquam senis, & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?* Angeli autem risum hunc animadvertentes subitè ad

Gen. 18.

eam se converterent, et eaque quomobrem risisset fultè sciscitari : *Quare risi Sara?* quasi diceretur : Audetne Sara contra nobis hic præsentibus ridere? Enimverò ne diaris velim quoriam in hoc facto concurrent circumstantiæ : Mulier hæc in domo sua propria consistit, recto portam tabernaculi se intravit, & Angelos esse hosce viatores minime cognoscens leviter tantum subruit, adeò ut risus ille tam quoad ejus circumstantias aliquam culpæ materiam minime attingit, aut si aliquam attingit, ea levissima esse debet, & tamen adeò graviter eam ob hunc ritum reprehendunt, ut ipsa per timorem ad hoc induta fuerit, ut se risisse constanter negaret : *Negavit Sara dicens: Non nisi timore perterrita.* Formemus hoc loco si placeat, aliquod à formæ deductum argumentum : Quod si levissimus cachinus Saræ in domo propria in præsentia alienigenarum quos minime agnoscebat, factus existimatus fuerit quodammodo te committere obsecrationem reprehensione dignam, facile imaginari nobis possumus quid dicendum sit, si non cachinus aliquis in domo Dei ubi ipsemet Deus verè & realiter præseus est, edatur, sed totæ Chiones indignæ committantur, tot proferantur verba parum honesta, tot impudici quæque verbum dirigantur oculorum ebrutus, quantum hæc omnia promerentur reprehensionem de peccatæ supplicium? Quid! Diebus foris te excusandum, quod si Deum ibi præsentem esse cognovisses, majorem utique exhiberent fuisse inobedientiam & reverentiam? Ergo te metipsum veluti manifestum Ethnicum & Atheistam redarguis? Considera quantum tibi irascantur Angeli, si te videant indigna in Ecclesia loquente in aut faciente. Accipe igitur illud hoc sancti Nili monitum: *Ecclesiam mihi non ad, nihil in ea aut loquere aut agere, quod iram sopiat.*

8. Quin universa magnifici illius Salomonis templi fabrica, tam quoad ordinem, quam quoad muros, portas, fenestras, pavimentum, trabes, lapides, aliæque omnia quæ ad ejus erectionem concurrerunt, omnino mystica fuerint, nullus est, qui dubitet. Specialiter verò Salomoni à Deo præceptum fuit, ut singulari studio caveret, ne ad locandum, diffundendum, aut dolandum & elaborandum lapides, ulla adhiberentur ferræ, mallei, secures, scalpella, ferræ, palæ, aut quodvis aliud ferreum instrumentum: *Malleus & securis, & cetera non sunt adhaerenda in domo*

tem adificaretur. Quis unquam aliquid prodigiosius audivit? Quia enim ratio ne heri poterit, et fabrica aliqua tam ingens, magnifica, & sumptuosa excogitetur, nec tamen ulla audiat mallei, ferrati, aut coquisis alterius ferri percussio. Negant eorum non potest quin fabrica, & rotam architectorum opus tanto exactius, nitidius, & elegantius futurum sit, si debita & necessaria ad id adhibeantur instrumenta; sic et igitur illa adhiberi oportet, quae ad opus adhibere non possunt. Hinc igitur edificare possumus oblationem, modeliam & reverentiam quantum in Ecclesia nobis est commorandum, cavendo ne ullam demus alicujus tumultus vel scandalum occasionem, nec ullam edamus actionem indecoram aut verbum proferamus unde turberetur silentium: *Domus non vult in Ecclesia nec murmur, nec strepitum, nec minimum vult strepere, vult esse silentium, imperat silentium*, ait quidam Morianus.

Cum tempus illud appropinquasset, quo mundus salvator una cum discipulis suis Pascha celebraturus erat, duos de discipulis suis ad se accersens civitatem dimittit, inique futurum esse praedixit quod vnum quendam sibi habitum sine lagenam aquae portantem, iubeatque, ut cum vino infundere, statutum sibi esse apud eum, ut quoddam domus suae, per eam praeparato conclave suum celebrare Pascha: *Ita in evangelio, Et occurrit vobis homo, lagenam aquae sibi portans, sequimini eum, &c.* Scire equidem hoc loco percipiemus, cur Christus Dominus dicitur vnum illius, quem deprehensum erant, praeparatum nomen discipulis suis non edicat, sed tantum hominem eum vocet: *Ita in evangelio, Et occurrit vobis homo.* Unque si nomen viti discipulis manifestasset, tum distinctius requirere, & facilius invenire potuissent, aut certe aliquem fortasse habuissent vni illius notitiam, adeoque directè domum ejus adire eumque inibi requirere potuissent. Num forte Christum nomen hoc vel cognovisset, aut ejus recordari non potuissent dicimus. Nequaquam inquit Beatus Ambrosius, oportet enim vni illius nomē cognoscere, *Scit enim Dominus nomen ejus, cui pascha occurrerunt, & occursum.* Pro cuius notitiam adverterendum est, canaculum, in quo Christus Pascha suam celebravit, pri-

mam fuisse à Christo consecratam Ecclesiam, ut Flavius Luceus asserit, in qua Apostolos in Sacerdotes & Episcopos consecravit, & sanctissimum Sacramentum instituit. Id quod etiam Sanctus Hieronymus testatur, dum ait: *Canaculum grande* (Ita enim à Christo appellatum fuit) *Ecclesia magna est.* Nomen igitur vni illius quem discipuli inquirere debebant: eis non revelavit, quia cum Judas Christo discipulos dimittenti praesens adesset, Christus praevidebat futurum, ut si is nomē vni illius intellexit, subito ad Christum tradendum ad Synagogam Hebraeam se conferret, usque diceret. Mittite milites mecum, scio enim nomen vni illius, in cuius domo sumus manducaturus est Pascha, ibi igitur eum facile & sine turba capere & compelli endere poterimus. Unde Christus apud se hunc in modum cogitasse videtur: Ergone Christus in canaculo capitur? Milites in Ecclesiam violenter intrumpeant? Apostoli inibi dissipabuntur? Petrus gladium stringet? Malchus vulnerabitur? variæque per milites & satellites movebuntur insolentiae? Absit, absit. Ne igitur hi strepitus in loco sacro nascerentur, Christus cavet nomen illius edicere, sed tantum dixit: *Occurrit vobis homo*, suppresso vni nomine. Ita opinatur Theophylactus & alii dum ajunt: *De vni autem quidam, quod id id non dixit nomen hominis, ne proditor cognito nomine, domum panderet Pharisaei, qui venientes cepissent eum.* Et Origenes ad praesens propositum ingeniose concludit, dicens: *Non enim conveniebat, ut ibi caperetur, ubi eum discipulis manducaverat Pascha.*

Ab sit ut hoc loco insignem quandam S. Vincentii Ferrerii ponderationem praeteream, quam is circa visitationem Mariae instituit; Beatissima namque haec Virgo est domo sua recedens, dilecto sponso suo Josepho comitata in civitatem Juda se non ob alium finem recipit, quam ut Elisabetham cognatam suam praecursore Baptista gravidam visitaret. Ut autem domum Zachariae ingressa fuit, sanctus ille senecio hoc sanctitatis miraculum contemplatus, cor suum quodam beatitudinis júbilo adimpleti sensit, ideoque tacitus intra semetipsum dicebat: *quoniam vel qualis est haec nova stella, quae insignes felicitatis & gratiarum domum meae promittit influentias? Item in ex quo haec vita aura sum perfusus usque in senectam praesentem non memini vultum aliquem vidisse tanta venustate ac pulchritudine effulgentem, unde licet mulierem hanc tanquam creaturam hono-*

Flavius Luceus.
S. Hieron. in c. 14.
Mare. in car. D. Th. fol. 144.
col. 3. l. D.
Theoph. in cat. D. Th. c. 12. Luc. f. 228.
col. 1. l. E. Orig. ap. D. Th.

IN FERIAM II. POST DOMIN. IV. QUADRAGES.

honorandam esse censeam, ex altera tamen parte videor mihi id faciendo magnam ejus excellentiam facere præjudicium, utpote quam tantam Majestatem præ se ferre video, ut nisi veteret, quod humilitatem illius offenderem, eandem veluti Deam adoraturus essem. Interim verò Beatissima Virgo & Elisabetha in mutuos ruunt amplexus, suavisque sese verbis mutuo salutant, unde sancta hæc anus tantum in se animi jubilum sensit, qui vix verbis exprimi potest. Inter holce autem mutuos complexus ipsemet quoque Joannes, hæc matris utero adhuc clausus esset, continere se non potuit, quin gaudia quoque sua, quæ ex tam vicina parvuli, Jesu in sinu Mariæ, velut in animato quodam paradiso delitantis præsentia conciperet, saliendo & exultando manifestaret: *Vi audivit salutationem Maria Elisabeth exultavit in fœtu in utero ejus.* Verum enim verò quinam sunt hi insoliti motus in Joanne pro cœtempore, quo a Christo vixitabatur? nonnulli existimant Joannem, qui adhuc ad se movendum inhabilis erat, ex illius præ nimia læticia: *Salutatio in utero, quod maximo existit in gaudio.* Chylostonus opinatur Joannem violentiam adhibuisse ut ex utero materno egredi posset, ad videndum Deum incarnatum: *insultabat calcibus clausi in natura, talis a matris dicitur: Inique facis, o mater, quæ tardas; Prophetam, Sanctus autem Vincentius Ferrerius dicit, quod Retraxit se in utero matris, humiliter inclinando.* Retrocessit humiliter se inclinando, ut se coram Maria constitutum, venerandum exhiberet, utpote in qua velut in altari quodam animato sacratissimum Salvatoris corpus consistebat. Id quod nobis omnibus optimi exempli loco servare potest, ut ab inde omnes discamus, qualiter nobis omnibus in Ecclesia coram altari in quo sanctissimum Sacramentum asservatur, standum sit. Notate ipsissima sancti hujus Doct. verba: *B. asus Joannes ostendit nobis quantum reverentia debemus facere altari Christi: Virgo maria erat tunc altare, in quo erat corpus Christi, & quando Joannes accessit ad Christum, per amplexus matris B. Joannes retraxit se humiliter inclinando.*

Luc. I.

Chrys. in cat. D. Th. ib. fol. 135. col. 4. l. C.

Vinc. Ferr. ser. de S. Ioan. Bap. f. 65. col. 1.

Ferrer. ubi supra.

Seneca declam. 2. de virg. profutura fol. 666. co. 1.

11. Refert Seneca mulieres illas, quæ aliquando in carceres conjectæ, vel aliquandiu in prostribulis commorata fuerant, sæculis antiquis indignas ultimas fuisse, quæ sacra templa ingrederentur. Unde Ludolpus Agricola ibid. in com. fol. 667. versu 10. subjungit: *Quasi quibus in lupanari aut carcere locum dabatur, illis indignissimum sit in templo recipi.* Quibus verbis gentilibus hominibus, templisque prophetarum agitur, ad illa namque similia sanctorum hominibus nullus profusus indulgebatur aditus. Num autem in ecclesia Dei vivi & veri, ejusmodi hominum fœci, quorum fœtor coram Deo & hominibus valde est abominabilis, non solum libet conceditur aditus, verum insuper infame ejusmodi homines adeo sunt invecundæ & temerarii, ut obrutu oculorum impudico, nubibus, cachiunis aliisque indignis & indecoris actionibus ex ecclesia prostribulum quoddam faciant, & quod peius est, atque in maximam confusionem nostram cedit, quod non ferebatur aut dissimulabatur à gentilibus, nunc facili Christianis toleratur. Unde dæmon intentum suum, quod cum Christo in deserto tentando dimicans in eo obtinere non potuit, hinc infelicitibus temporibus plenissimè & promovosè sequitur. Etenim quando Christus Petro Ecclesiam administrandam consignavit, eandem humeris illius imposuit, dicens: *Tu es Petrus, & super hæc petram aedificabo Ecclesiam meam;* id quibus verbis clarè deducitur, quod Petrus istar lapidis fundamentalis sub Ecclesia consistat, eamque sustentet. Quid autem diabolus fecit? Christum Dominum in deserto convenit, eum que supra altissimum templi verticem collocavit: *Duxit eum supra pinnaculum templi.* Supra? imò verò supra pinnaculum templi, volebat enim ut Christus Ecclesiam pedibus suis conculearet, atque contemneret, eum que conceptum de Ecclesia habet, quem de iis rebus habemus, quas per contemptum pedibus calcamus, quod licet in Christo obtinere minime poruerit, multi tamen hucce reperitur temporibus, qui dæmonia delictorio plenissimè satisfaciunt. Sicut etiam in omnibus Ecclesiarum Officialibus qui optime quidem reditus suos curant, & administrant, Ecclesiam autem pedibus suis subvertat habent, id est, totaliter negligunt, parum curantes si hinc muni commant, altaria denudata & profanata conspiciantur, illi strabes patiantur ruinam, alibi rectum paratant lapsi proximum sit; fœces Ecclesie seris delicturæ claudi non possint, intra centum annos vix una Missa in ea dicatur, profanas usus cedat, dum fœcile, aut equile, aut porcorum haram exinde fieri permittunt, cum tamen Ecclesia dives sit & locuples ut lex fuisse in mediis conservari facta recta illius facile potuissent. Unde tantus Ecclesie illius neglectus

nisi quia curas illius dorsum eidem obverit, & de solis ejus reddidit curam habet, quos in proprium, nepotumque suorum commodum impendit & applicat? Papæ curam relinquentes Ecclesiam si illa regere curat. Verè tales Diaboli desolentio plebe satisfaciunt, Ecclesiam pedibus hinc contumaces & contemacientes. De hisce aitque David Propheta loquebatur, dum ait: *Deus conerunt gentes in hereditatem tuam, poluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pecorum eorum, id est, inquit Cardinalis Hugo: Pecunia eam desertam ablatis omnibus bonis ejus, collectis fructibus vacua remanet, vel mensura dissipatur. Nil aliud hodie superest, quàm ut ea in locis factis fieri conseruaret, quæ Neptunum inter & Medusam templo Mineræ accidisse leguntur; Imò velle illa quoque hodie in multis locis factis fieri videtur, nisi verecundia illa manifestari prohiberet. Verumtamen certum est quod si qui curam aut valde exiguum locis factis deserunt, ad bellis Dei minime sint futuri tutiores.*

Quidam Ecclesiam clementi in vigat aur a de qu contemnit, tenenti ad exitium.

Sed Baronius de quibusdam qui contumeliosas portas templi ejusdam impetent, penitus suis iisdem foribus mansere affixi, nec abinde non potuerint, nisi sanctus Remigius, cui sacrilegi isti se recommendaverunt, intercessionibus gratiam illis à Deo impetracionis lax: *Quidam effringentes portas templi, veluti peria impactam, & in eadem manerem remanisse, nec velle potuissent oratio Remigij. Quidam etiam Ungari quædam lapideam in Ecclesia sancti Basilidi conati sunt; sed quid iis accidit? manus eorum lapidibus illis veluti confixi adhaerere, adeò ut illas abinde dimovere nequaquam poterint: Manuum impactam lapidi Deus procul effregit, quam ille nulli ratione retrahere potuit. Latrones quoque qui Ecclesiam sancti Germani Antiochodensis deprædatis præsumptum, quam gravis & dolorosus iis fuerit ejusdem sacri baculus pastoralis re ipsa comprobavit, unde & fugientes inde elata voce clamare cœpit: Potentiores in Ecclesia hac vivi, quam mortui sanctus Germanus nos baculo percussit. Idem sanctus Remigius fecit, dum peribocum quandam honorum quorundam Ecclesie Basilidi Quadragesimale.*

fasticorum usurpaticem baculo suo pastorali graviter verberavit. Sic quoque de Saracenis quibusdam legitur, quod dum post violatam ab ipsis templum flavius quidam iis transeundis esset, duo sancti illis apparuerunt, à quibus primo quidem obertorem commissum verbis accertimus repræhenti, ac demum postea miseræ submersionis supplicio in eodem flavio fuitè multati. Cambyses item Rex Persarum postquam uniuersam sibi Ægyptum subjugauerat, omnia regionis illius templa destrui & funditus everti fecit, præcipue verò unum quod Jovi consecratum fuerat; & non obstante, quod diruta hæc templa prophana essent, mirum audire, quod eidem accidit, supplicium, dum eam cum exercitu suo in Africam deuo regrederetur: *Ventus forte elevatus est valdissimus, tempestateque maxima adeò ut ingentissimæ etiam arenae montes usque ad eum eleuarentur, ut totum exercitum operirent, & eorum omnes inuenerunt periret. Regis quoque Xerxis exercitus miserè quoque uniuersum interit, tragique suæ perperæ causam perferendo, tandem id cælitus sibi à Deo immissum supplicium fuisse confessus est: Putavit exercitum suum perisse, quod post bella illata variis nationibus ab eodem exercitu iussisset etiam eidem, ut templa omnia spoliarent. Dum serenissimus Castellæ Rex Saccius ad venacionem procedens, cervam quandam ingentem obviam haberet, illam fugientem eoque est insecutus, donec eandem juxta murum Ecclesie assequeretur, ubi cum elevato in altum brachio lanceæ istum eidem impingere conaretur, accidit, quod quia nullum habuerat Ecclesie, juxta quam fera suum quaererat refugij locum, respectum, Deus temerarium Regis ausum pròbitus castigavit, efficiendo ut extensum in feram Regis brachium subito exaresceret, ut debitum deinceps honorem Ecclesie deserte perdisceret: Rex autem ab equo mox descendens, veniam quam à Deo instantè petiit, impetravit. Pompejus in omnibus præliis, quibus cum Cæsare dimicavit, gloriosam semper victoriam reportavit; postquam verò cum exercitu suo Ierosolymam versus processisset, ibidemque atrium templi in stabulum equorum commutavit, suos in eo equos collocando, tantam à Cæsare passus est stragem, ut exercitum suum, in periculum quoque & vitam vine. Ferpariter amiserit: Pompejus & Cæsare de Imperio serm. 2. conuendebant & Pompejus semper fuit victor. Iste Dom. 4. Pompejus corrigi quod venit Ierusalem, & non ser. 1. sol. sufficibam stabularia. firmavit in atrio templi 152. eo 3. equos*

Iustin. l. 2. ap. Th. de Trus. p. 2. f. 135.

Idem ib. Baron. an. 1032.

Vu equos

Handwritten notes in red ink, including the word 'licet' and other illegible characters.

egros non in templo, Et ideo ista ratione semper fuit
 vultus, nec fuit Imperator, Ergo quia non dedit ho-
 norem templo Dei. Cum certus quidam Gaufridus
 tempore sancti Bernardi ex Ecclesia fortali-
 tum quoddam faceret, accidit ut templi illius
 sacri parietes sanguinem sudant, quasi lapides
 muri illius templum illud prophani videntes
 exhorrescerent, suoque sanguine prælagire vel-
 lent; futurum brevi ut temerarium hoc scelus
 morte à Deo puniretur, prout etiam paulò post
 reuera accidit. Theodorici Gothorum Regis mi-
 lites, quod templum sancti Juliani Martyris ci-
 vitatis Arvernensis spoliassent, à daemonibus
 confestim obsessi sunt universi, cumque illatum
 à daemonibus tormentum diutius sustinere non
 possent, proprii corporis sui membra suis met-
 dentibus horrendum in modum dilaniarunt.
 Proculus à Genetico Wandalorum Rege ad
 templa prophandanda & dehonestanda missus.

Cum Ecclesias diriperet, Et sacra volumina igne
 exureret, non multo post sibi ipsi frustulatum lin-
 guam præcidit dentibus Et interit. Pyrrhus una
 cum prædis in Proserpinæ templo direptis in Si-
 liciam revertens, optima quæque prædatorum sua-
 rum navibus commisit, ipse autem per ter-
 ram iter suum confecit. Quid sit? Omnia ist-
 hæc à Pyrrho navibus commissa spolia per tem-
 pellates misere interierunt, atque submersa sunt:
 Omnesque naves quæ sacram pecuniam habebant,
 in littora nostra ejecta sunt, qui tanta clade edoctus,
 eandem pecuniam omnem conquistam in thesau-
 ros Proserpinæ referri iussit. Notate autem quod
 sequitur: Nec illi unquam postea prosperè quo-
 quam evenit. Cogitate igitur, quid de illis futu-
 rum sit, qui nullam prois Dei templis defe-
 runt reverentiam: Merito dixeris: Bona Eccle-
 siastica sunt veluti ignis sancti Antonii omnia
 consumens; ideoque debito semper honore Ec-
 clesiam, cunctaque ad Ecclesiam pertinentia
 profæquere, si scilicet in rebus tuis experiri even-
 tus velis. Opprimè id ipsum Alaricus Gothorum
 Rex intellexit, qui Romam de prædatoribus ingre-
 ditus, serium cunctis militibus suis præceptum
 imposuit, ut sub poena reatus mortis, debitam
 locis sacris reverentiam habentes, ea ne quic-
 quam offenderent, sicut nec illos qui refugii
 causa in eas se recepissent: Alaricus Gothorum Rex
 sancti lib. 1. Romam obsidet, turbat, irritumque, dato tamen præ-
 cepto prius ut si quis in sancta loca, præcipue in san-
 ctorum Apostolorum Petri & Pauli Basilicam con-
 Oras lib. 7. sigissent, hos imprimis in violatos, securosque esse si-
 narent. Accidit autem, quod dum barbari civi-

tati damna illaturi, quaquaversum circumirent,
 miles quidam locum sacrum ingressus, virgæ
 quoddam templi custodem invenit, ad quem
 ubinam thesaurus Ecclesiæ depositus esset in-
 tatus fuerit. Quos illa mox ei demostretum
 dem dixit: Hæc Petri Apostoli sacra ministeria sunt,
 præsumo, si audeo de sacro, tu videris: Ego quia de-
 fendere nequeo, contendere non audeo. Quibus tho-
 bis nequicquam impedire se licens Barbarus tho-
 sautum in valet, quem cum ad Alaricum Regem
 detulit, is continuo reportari ad Apostoli Basilicam
 universa, ut erant imperavit. Forte quia prole-
 bi perspectum habebat, quod si scelus sceleris,
 magnam sibi ruinam conciliaturus esset; Extr-
 men hi barbari erant, quid igitur non faceret Chri-
 stianus? Verum enim verò nil mirum, si plerum-
 è Christianis omnino contrarium faciant, liqui-
 dem qui id præsumunt ipsismet Barbaris longe
 fiat deteriores.

12. Quid mirum igitur si Deus nos flagellat,
 nunc immitteudo grandines omnem mollem
 nostram devallantes, nunc famem ad extrema
 nos angustias & necessitates perducunt, nunc
 bella irreparabilibus nos damnis infestant,
 nunc pestem civitates in solitudines civium
 morte sublatas convertentem: sæpe etiam flag-
 gellis nos particulatim castiget, inhiatibus
 vinculis, paupertate, tribulationibus, charitatis
 rum amicorum nostrorum morte? Hæc tan-
 que omnia non stellas aut furores, sed exigua re-
 verentia quam Ecclesiis deferimus, dum illas per
 nimiam temeritatem nostram ex domo Dei in
 domum negotiationis, in prostituta quoddam
 in speluncam latronum convertere præsum-
 mus, adscribere debemus: Vos fecistis illam spelun-
 cam latronum. Porò quod sanctus Beatus
 lachrimabundus dicit e solebat, potius, si mi-
 num nostram sicuti nostro immittere volumus,
 singuli nostrum iure dicere possent: *Ubi peccata
 mea emendare debeo.* Ecclesiam
 quidem eo sine ingredimur, vel saltem ingredi
 deberemus, ut bene videm pro salute animarum
 stræ operaretur, at verò si Ecclesiam egrediamur,
 fructum quem fecimus, recogitare velimus,
 deprehendemus majorem esse iacturam quam
 lucrum. Et hoc seorsus Christus domum Patris
 sui in domum negotiationis convertere prohibe-
 bat; Nolite facere domum Patris mei, domum
 negotiationis. Et enim domus orationis est Eccle-
 sia, in qua nimirum pro necessitatibus nostrarum
 obtinendo subsidio nostras ad Deum, beatam
 Virginem, aliosque Sanctos orationes effusa-

Abrab. Brou. ib.

Tit. Liv. l. 19. de urbe cond. fol. 723.

Alroy. Ep. in histor. sancti lib. 1. fol. 206. Et Paul. Oras lib. 7. hist. c. 39.

Amicus: ar vero qua fronte ad Sanctos invocandos, ad templi propebimus, si illa prophana...

17. De lapsis qui optima nobis documenta moralia per doctas fabulas ingeniose ministrant, sed non tam quendam corvum infirmatum...

tes scilicet & vendentes. Per hos nobis insinuans, quod forum seculare nequaquam se in res Religiosorum vel Ecclesiasticorum dijudicandas ingerere debeat, idque ad immunitatem Ecclesiasticam factam testam conservandam...

Astor 18.

Handwritten notes in red ink on the right page, including the word 'licet' and other illegible characters.

PARS SECUNDA.

14. Christus Redemptor noster nulli alteri permittere voluit, ut accepto flagello impios...

15. Sanctus Aelredus forum saeculare Lunae comparat, quia instar illius suum praedominium & jurisdictionem habet in Laicos per noctem repraesentatos. Forum autem Ecclesiasticum Soli assimilat, quia dominatur diei, id est, Religiosis & Ecclesiasticis: *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut praesset diei, & luminare minus ut praesset nocti.* Quis autem vidit unquam, quod Luna circa diem, Solis functionibus sese ingereret, vel quod Sol auctoritatem suam aliquando exerceret circa noctem? Sunt & in sancta Ecclesia firmamento à Domino creata magna luminaria, sacerdotium, & regnum, Rex & Episcopus, Princeps & Clericus (sunt verba sancti Aelredi serm. 10.) atque spiritualia nox significat saecularia: itaque luminare majus, sacerdotium, ut praesset diei, id est spiritualibus: luminare minus, regnum, ut praesset nocti, id est saecularibus. Quod idem est ac si diceret, sicut forum saeculare in saeculi causas se non intromittit, ita pariter ratio debiti expofcit, ut forum saeculare, auctoritatem spiritualem profus relinquat intactam, sese nequaquam Religioforum vel Ecclesiasticorum causis immiscendo, si ve civiles illae sint, si ve criminales: Ac proinde praefatus Sanctus prosequitur, dicens: *Contra naturam proinde est, si Sol nocti, si praesit Luna diei, si Princeps ad spiritualia se inferat, si Sacerdos saecularium negotiorum tenebris conscientiae suae serenum obnubilat.* Jurisdictione igitur saecularis ad fora Ecclesiastica subditos extendere se nequaquam debet.

16. Christus tamen innocensissimus esset, ante tribunal Pilati tamen productus fuit. A quo Praefide multa filio Dei proposita fuere interrogatoria. Specialiter autem eundem de veritate examinavit: *Dicit ei Pilatus: Quid est veritas?* Joan. 18. Quae verba vix ab eo pronuntiata fuerant, cum ecce nullo expectato responso, subito se proripuit: *Et cum haec dixisset, verum exivit ad Iudaeos.* Unde Beda: *Nec expectavit audire responsum.* Et Cardinalis Teletus: *Non expectata interrogazione sua responsum.* Videte monstrum hoc animal. Interrogat eum ut sciat, & tamen ne sciat, quod scire cupiebat, auscultare responsum negligit. Quis unquam rem magis peregrinam audivit? Lyranus difficultatem hanc resolvit, dicendo, Pilatum errorem suum animadvertisse, quem in hac interrogatione commiserat, atque ideo eundem corrigere voluit subito recedendo, & non expectando responsum. *Quisnam autem error iste fuit? A Lyrano*

idipsum interrogamus. (Hujus quaestio Pilatus non expectavit responsum, quae erat de regno spirituali.) Sed quid inde? Audite: *Episcopus autem non habebat se intromittere in rebus temporalibus, & ideo hoc advertens dimisit illius quaestiois prosecutionem.* Veritas enim ad forum Dei pertinet: Forum autem Pilati res temporales, & humanas spectabat, atque ibidem se auctoritatem suam extra usurpationem sui extendisse advertebat, errorem suum concens, discedendo & responsum non expectando. Pilatus igitur inadvertenter in res divinas se intromisit, subiecto autem ut excessum suum non vitaret, pedem, atque à cepto conatu remisit. Verum enim verè utinam haec nos in temporibus nulli inveniantur, qui data opera manus suas divinis rebus ingerant, licet se male facere sciant, eaque de re sufficienter sint moniti, quaeque auctoritatem iusto majorem usurpatione arrogent, atque a male coepta non solum nequam desistant, sed ad ultimum usque. *Et apud ad consentiam studiosissimi profequantur.* Cetero equidem quod similis inordinatio in Italia, aliisque provinciis & civitatibus Christianissimis, in quibus timor Dei hominum mentes occupat, sancta Fides floret, nequaquam accidit. Ideoque licet Baronius haec nostra saecula valde deplorat, ambigo tamen vehementer an de Patris nostris orthodoxe Christianis loquatur, quando dicit: *Vnde magis Lector deploret nostra miserrima tempora, quibus nihil sollicitius cogitantur, ac vehementius praesides provinciarum agunt, quam ut Ecclesiasticum tribunal saecularium reddant, causas Ecclesiasticas in saeculare iudicium quodammodo praeferant.*

17. Constantinus Imperator strenuus fuit immunitatis ecclesiasticae defensor, non verbis destruditor, dum enim nonnulli Episcopi in synodo Nicæna pro nonnullarum emergentium difficultatum, quae inter illos vertebantur, compositione ad ejus tribunal recurrebant, dicitur Imperator isdem senullatenus ingerere volentibus ad eos dixit: *Deus vos constituit Sacerdotum, & potestatem, vobis dedit de rebus quoque iudicandas. Et ideo nos à vobis recte iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari.* Propter quod *Deus solus inter vos expectare iudicium* Innocentius volens nequaquam convenire, ut saecularis in causas Ecclesiasticorum manus vel auctoritatem suam ingerat. Id quod etiam ex ipsamet Scriptura sacralis liquet.

Gen. 1.

Idem ibid.

Beda ibid.

Tolet. ibid.

18. Dens mundi peccata graviter iras-
 tos, eosdem debite castigandum Angelo cui-
 dam commisit, qui vasa irae Dei totaliter ef-
 fundens, omnem Dei iram terra superindu-
 xit, adeo ut haec non terra solum, sed etiam
 maria & flumina non terram solum, sed etiam
 effunderet sanguinem, ut in eadem terra strage
 eius ipsa triumphare videretur: *Ita effun-
 dit spiritus irae Dei in terram.* Apoc. 16.
 Postea vero etiam de culpis & negligentis suis
 reos quosdam etiam nonnulli Episcopi: Quia in
 fine huius Deus nequaquam Angelorum ope-
 ra & ministerio uti voluit, sed in medietate per
 semetipsum loquitur, reprehendit, poenaeque
 minatur & supplicia: *Age poenitentiam & pri-
 ma porta fac, in autem, veniam tibi, & movebo
 mundum de loco suo.* Apoc. 2. Simi-
 liter aliam eisdem Episcopo dicit: *Sic ergo non
 cogitare, veniam ad te tanquam fur, & ne-
 que hora veniam ad te.* Apoc. 3. Porro
 hoc fecerunt non nihil accuratius discer-
 unt. Et quidem non immerito videri non-
 tantum coe veniens possit, si Deus in gradu
 libitatis, Angelis permisisset, ut causas
 ipsorum illorum revidere, formare pro-
 ceptis, sententias fulminare, eos quos te-
 meritate reprehenderent punire, innocente vero
 suavitatem absolvere potuissent. Nun-
 quam Angelis ad transgressores puniendos
 tantum apti esse censentur? Si ita est, cur ip-
 sos eodem Deo, ut supra mox dictum est,
 Angelis ut super terram, maria & flumina, fla-
 gella & poenas fulminent & commissum sunt.
 Hoc enim est, ob quod doctissimos Patres Syl-
 vestro Carmelitanus vehementer admiratus,
 hanc quaestionem instituit: (Cur ergo ad
 poenitentiam gentium Angeli delinquantur: ad
 poenitentiam vero Ephesi, & aliarum Ecclesia-
 rum plebendas ipse Dominus se venire pro-
 mittit? Ex quo eodem Patre praesentis diffi-
 cultas evadit deducitur solutio, nimirum
 Deum id voluisse, ad demonstrandum quod
 causa Ecclesiasticorum solum a Deo, & ab ip-
 so cultui Divino dedicati sunt videri & ju-
 dicari debeant: *Sacerdotum causas ad alium
 patris se devolvi non permittit.* Vultus veri-
 tatis huius ultionem confirmationem? Deus
 Optimus Maximus. Inaestis graviter indigna-
 tus multosque eisdem comminatus est totale ex-
 tinctionem, gentium desolationem, destructio-
 nis circum, multasque alias aeternas in eisdem

per Chaldaeorum & alterius ferocis robustae-
 que gentis manus inferendas, prout in Eze-
 chiele cap. 9. & 8. & Baruch 4. clare satis li-
 quet. Tandem vero Heli Summus Sacerdos
 factus divinum Legum transgressor, ipsum
 met Deum in propria persona vindicem habuit,
 qui eidem & toti ab eo descendenti progeniei
 dira est comminatus: *Prasindam brachium
 tuum, domus Patris tui.* Ubi bene observan-
 dum est, quod licet adversus Reges terra &
 Israelitarum, Chaldaeos, aliasque barbaras
 gentes esse voluerit iustitiae executores, a tan-
 ta postea dum Heli Summus Sacerdos castigan-
 dus erat, ipsemet eidem debitam infligere poe-
 nam voluit, & toti progeniei suae. Cur obse-
 cro non Chaldaeis aut alteri cuivis barbarae gen-
 ti praecipit, ut ad domum Heli eradicandam,
 destruendam, & castigandam se recipiant?
 Nimirum Heli Sacerdos erat, quorum causis,
 sive civiles illae sint, sive criminales, Deus ne-
 quaquam vult, ut saeculum manum suam in-
 tromittat: *Sacerdos ante tribunal nullum aliud,
 quam Ecclesiasticum, ubi Dei vices aguntur, se-
 sistere debet,* inquit supranominatus Scriptor
 Carmelitanus. Ob eandemmet causam Sal-
 vator quoque noster Sacerdotes, qui in templo
 negotiabantur, nulli alteri castigandos com-
 mittit, sed ipsemet accepto flagello eosdem pu-
 nite voluit: unde Anacletus Papa ait: *Per se Anacletus
 ipsum, & non per alium vendentes & ementes o-
 jecti de templo, & mensas nummulariorum, & ordines
 cathedras vendentium proprio evertit flagello, e-
 jecti de templo.* Unde liquet, quod Summi Sacer-
 dotes, id est, Episcopi a Deo sunt iudicandi, non
 ab humanis, aut pravis viri a hominibus sunt la-
 cerandi.

19. Et quidem undenam existimatis mul-
 torum hominum, imò & civitatum ruinas &
 lapsus enasci? Certè non aliunde, quam quod
 forum saeculare in forum Ecclesiasticum sefe-
 intronit. Interrogare idipsum à Basilio
 qui Porphyrogenitus dicitur, hic enim adver-
 tens quod à Phoca praedecessore suo leges non-
 nullae datae essent, Ecclesiasticae immunitati
 valde praedjudicantes, universo Angliae regno
 horrenda auguratus est infortunia, & quaevis
 calamitatum generi: (Ex quo lex illa robur Bisamini
 habuit, nihil boni penitus in hodiernum us
 que diem vitae nostrae contigit: sed potius è none Photii
 contrario nullum omnino genus calamitatum in com-
 defuit.)

20. Porro sancti Patres multas alias ratio-
 nes

Handwritten notes in the right margin, including the name 'Basilio' and other illegible scribbles.

nes insuper adducunt, ob quas Filius Dei manum suam ad flagella extendit. Sanctus etenim Bernardinus Senensis dicit, quod ex quo venditores illi Sacerdotes erant, actio illa illicita facta fuerit, respectu personarum: *Fit mercatio illicita ex circumstantia personarum, minime enim licet Christus & Ecclesiasticis viris mercationi vacare.* Et Sanctus Paulus expressè idiplum prohibet, dum ait: *Nemo militans Deo, simplices se negotiis secularibus.* Timoth.

D. Bern.
Sen. tom. 2.
serm. 33.
c. 2. Dom.
4. Grad.

z. Et tamen verissimum est quod nonnulli Ecclesiastici, ad se negotiationibus & mercimoniis involvant, ut ob id servitium Dei prorsus negligant, Ecclesiæque obligationes & divina officia totaliter omittant: *Decet Clericos sanctè vivere, & non cupiditatibus seu mercationibus, vel lucris, sed Deo adhaerere, qui summum bonum est, inquit idemmet Sanctus Pater Bernardinus ibidem.*

Beda in
cap. 2. Ioh.

21. Alii vendentes & ementes à Christo idem flagellatos fuisse dicunt, quia nimirum vendebant columbas, arque idem illos representabant, qui ad Simonis Magi imitationem vendere præsumunt Spiritum Sanctum, eò quod illum quoque pretio sibi comparant, de quibus proinde Beda dicit: *Vendunt columbas, qui acceptam Spiritus gratiam, non gratis, ut præceptum est, sed ad premium dant.* Scio quidem multos dedigari Eleemosynam aliquam licet spontè pro administratione Spiritus Sancti datam acceptare, interim verò nullam sibi conscientiam faciunt, si aliquot scutorum millia, imò etiam nonnunquam integras hereditates oblatas acceptent, nihili facientes, quod ob id in malam crucem orphanæ & pupilli, & pauperes puellæ ob suam

necessitatem redigantur in honestatis suæ perditionem: Hi parum accipere dedignantur, & tamen cum Atalanta in viam virtutum currant, ad Hippomeis tamen cooptum cursum sistant, & convertantur retrorsum.

22. Sunt denique alii, qui pro Ecclesiæ passum quidem facerent, aut digitum moverent, cum tamen in causa mercimoniarum suorum, & pro adaugendis illicitis lucris, nulli labori parcant. Quibus proinde cum Osea dici potest: *Ephraim vitula docta diligit trituram, Osea decimo.* Porro in tritura cecum est esse labores, sub quibus è fronte sudores manant, Sol laborantia animalia a vitæ motu trituranis est violentus, sape & super etiam animalia tritura nimia cum violentia urgentur, & tamen Osea dicit, quod diligit tritutam, quod idem est, ac si diceret, amat labores, sudores, defatigationes. Sed cur non potius easdem omni studio fugiunt? Respondet Modernus quidam: (Affluunt in tritura libero esse ore, ut quantas petit gula, tantas accipiant.) Quodlibet autem modicum lucrum, lapis quidam Philosophorum est, qui ad ferrum laborum in aurum convertendum abundè sufficit. Veruntamen omnia hæc vendentium & ementium genera è temporis flagellis abigenda sunt, ne domum Dei in domum negotiationis transfunderent. Quemcumque hæcenus dicta fortè tangunt, sollicitè curanda sibi prospiciat.

